Fragmentarium

Lex ergo adversus promissa
dei? Absit. Si enim data esset lex
que posset vivificare, vere ex
lege esset iustitia. Sed conclu-
sit scriptura omnia sub pec-
cato, ut promissio ex fide Ihesu
Christi daretur credentibus. Pri-
us autem quam veniret fides,
sub lege custodiebamur
conclusi in eam fidem que reve-
landa erat. Itaque lex peda-
gogus noster fuit in Christo, ut ex fide
iustificemur. At ubi venit fides,
iam non sumus sub pedagogo.
Omnes enim filii dei estis per fidem
in Christo Ihesu. Quicumque enim in Christo
baptizati estis, Christum induistis.
Non est iudeus neque grecus.
non est servus neque liber. non est
masculus neque femina.
Omnes enim vos unum estis
in Christo Ihesu. Si autem
vos Christi, ergo Abrahe
semen estis, secundum promissi-
IIII onem heredes. Dico autem:
Quanto tempore heres
parvulus est

fascinavit non credere veri-
tati, ante quorum oculos Ihesus Christus proscrip-
tus est, in vobis crucifixus? Hoc
solum a vobis volo discere. Ex
operibus legis spiritum accepistis,
an ex auditu fidei? Sic stulti
estis ut cum spiritu ceperitis, nunc
carne consummemini. Tanta
passi estis sine causa? si tamen sine
causa. Qui ergo tribuit vobis spi-
ritum, et operatur virtutes in vo-
bis, ex operibus legis an ex audi-
tu fidei? Sicut Abraham
credidit deo, et reputatum est
illi ad iustitiam. Cognoscite
ergo quia qui ex fide
sunt, hii sunt filii Abra-
he. Providens autem scriptura

STANDARDGRAPH No. 9061

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Archief kerkfabriek van Nokere, nr. 139, upper pastedown – Glossed bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0tzy/10008/72747)